Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rituale cisterciense - Kl. L. 86

[Lichtenthal], [13. Jahrh.]

Rituale cisterciense pro monialibus

urn:nbn:de:bsz:31-94393

Visual Library

Ca. 7 deus caritas est et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. 1. Et factus est

Exorcismus salis. ~ Dominicis diebus

Exorhizo te creatura salis per dm uiuum. per dm uerum. per dm scm. per deum qui te per eliseum ppham in aquam mitti iussit. ut sanaretur sterilitas aque. ut efficiaris sal exorhizatum in salutem credentium. ut sis omnibus te sumentibus sanitas anime et corporis. et effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersus

Benedictio mense lectricis (Salvum fac ancillam) Conuertere domine usquequo. 1 Mitte ei domine auxilium. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum. Conferat ate spiritum elacionis. 1. Amen

Ecclesiastes

fueris omnis fantasia et
nequicia uel uersutia dia
bolice fraudis. omnisq; spc
in mundus. adiuratus p
eū qui uenturus ē. iudica
re uiuos et mortuos. et sclm
n mensā Oremus. p ignē. amē.
Clementiā tuā omps etne
ds humiliter imploramus.
ut hanc creaturā salis. quā
in usum generis humani
tribuisti. benedicere et sci
ficare digneris. ut sit om
nib; sumentib; salus men-

tis et corporis. et quicquid ex
eo tactum uel respsum fue
rit. careat omni inmundi
cia. omniq; impugnatioē
spālis nequicie. P dn̄m n.
ihm xp̄m fi. t. q. Exorcism aque.

Exorhiho te creatura aq̄
ī nomine dī patris om
nipotentis. et in nomine
ihu xp̄i filii eius dn̄i nr̄i et
in uirtute spē sc̄i. ut fias
aqua exorzizata ad effugā
dam omnē potestatē inimi
ci. et ip̄m inimicū eradica

re et explantare cū anglis
suis apostaticis. ꝑ uirtutē
eiusdem dn̄i nr̄i ihu xp̄i.
qui uenturus est iudicare
uiuos et mortuos et sc̄lm.

Ds̄ qui Orem. ꝑ ignem.
ad salutem humani ge
neris maxima queq; sacra
menta. in aquarū substanti
a condidisti. adesto ꝓpitius inuo
cationib; nr̄is. et elemen
to huic multimodis puri
ficationib⁹ p̄parato. uirtu
tē tue benedictionis in fun

de. ut creatura misterij tu
i tibi seruiens. ad abicien
dos demones. morbosq; pel
lendos. diuine grē sumat
effectum. ut quicquid ī
domibus uel in locis fide
liū hec unda respsertt. ca
reat omni immundicia. libe
retur anoxa. non illic re
sideat spc pestilens. nō
aura corrumpēs. discedāt
omīs insidie latentis ini
mici. q. si quid ē. qd aut
ī colo mitati habitantiū in

uidet aut quieti. aspsione
hui⁹ aque effugiat. ut sa
lubritas ꝑ inuocationē tui
nominis expetita. ab om
nibus sit impugnationib⁹
defensa. ꝑ dn̄m nr̄m. Hic
mittat̄ sal in aquā dicendo.

Commixtio salis et aque
pariter fiat. in nomine pa
tris. et filii. et spc̄ sc̄i. Vn̄s
uobiscū. et cū. Oremus.

Ds̄ inuicte uirtutis auctor.
et insuꝑabilis imꝑii rex.
ac semꝑ magnificus tri

umphator. qui aduerse do
minationis uires reprimis.
qui inimica rugientis seu
cia supas. qui hostiles ne
quicias potens expugnas.
te dne trementes et supplices
depcam ac petim. ut hanc
creaturā salis et aque dig
nanter accipias. benignus
illustres. pietatis tue more
sanctifices. ut ubicūq; fu
erit aspsa. p inuocationē
sci nominis tui omnis in
festatio in mundi spe abica

atur. terrorq; uenenosi
serpentis procul pellatur.
et presentia sc̄i spc̄ nobis
miam̄ tuā poscentib; ubiq;
ad eē dignetur. P. eiusde.
Vn̄s uobiscū. Post aspersionem.

Oremus. Exaudi nos dn̄e sc̄e pat̄
omp̄s et̄ne ds. et mit
tere dignare sc̄m anglm
tuū de celis. qui custodiat.
foueat. protegat. uisitet. et
defendat. omnes habitan
tes in hoc habitaculo. P do.
no. In purificatiōe sc̄e MARIE.

Dn̄s vobiscū ꝛ Oremꝰ ꝛ

6.

Benedictio cereorum.

Ds̄ in estimabilis poten
tie cuiꝰ unigenitus, cū nr̄a
humanitate, hodierna di
e in templo est a matre uir
gine presentatus. ꝛ bene
dicere dignare hos cereos
in honore nominis tui cō
secratos. et concede ꝑ int̄
cessionē beate semꝑ uir
ginis marie. ut quicūq;
hec luminaria ꝑ honore
filii tui dn̄i nr̄i manib; ge
stauerint. temporali poti

ant̄ sospitate. atq; ubicūq;
istoꝝ flamma cereoꝝ fuerit
accensa. in mundoꝝ repellat
spirituū falsitatem. sicq;
mereant̄ ꝑfrui temporali le
ticia. quatenꝰ obuiam spon
so ꝑgentes. lampadaꝝ lu
mine splendentes. ad nup
tias ualeant intrare gau
dentes. Ꝑ eunde. Rx quarta
in capite ieiunii. h añ.

Exurge dn̄e adiuua. O sten
de nob dn̄e mīam tuā. K. x.
k. P at̄ nr̄. E t ne nos. V s̄

Sacerdos ebdomadarius misse in die cineꝝ indutꝰ alba.
manipulo ac stola. pulset nolā. Et cantrix incipiat
Exurge etc.

Gla

Salutare tuum secundum eloquium tuum.

Sacerdos

misereatur. Et ueniat sup nos
mia tua dne. Dns uobcum. Et.
Concede nobis Oremus.
dne psidia milicie xpi
ane scis inchoare ieiunus.
ut contra spitales nequicias
pugnaturi continentie mu
niamur auxiliis. P. In capite

Sacerdos versus aquilonem stet

Dns qui ieiunij Bndictio cinerum.
Dn mortem sed penitentiam
desideras peccatorum. fragi
litatem nram benignis simere espice.
et hos cineres quos causa
pferende humilitatis. atq;

quietus deat amen.

Dns vobis oremus

pmerende uenie capitibus
nr̄is inponi decernim⁹. be
nedicere p tua pietate dig
neris: ut qui nos cinerem
ee̅. et ob prauitatis nr̄e me
ritū in puluerē reuersuros
cognoscimus. peccatoꝝ om
nium ueniā. et p̄mia pe
nitentib; repmissa miseri
corditer cōsequi mereamur. p. d. n.
endcat quantus
Amen

Sacerdos inponendo cineres dicat.

Memento quia cinis es. et
ī cinerē reuteris. Benedictio
sup ramos palmarum.

Vn̄s uo.
biscū .i.

Aspergat aq̄ bn̄dcā et gradus ascēdet et ponet albatisse ... ī teri sociis eius ī ponet laycis cū scola. post pulsū legit confiteor. post missā. ī ponet hijs qui se neglexerunt si desiderant.

Omp̄s sempit̄ne Orem.
redemptor. qui de celis
ad t̄ram descendere dignat⁹
es: et ad passionē uolunta
tis tue uenire. ut humanū
genus tuo precioso liberares
sanguine. ad esto piis eccli
e tue uotis. et supplicatiōib⁹
nr̄is. Tu eñi dñe mansuetus.
mansueti animalis aselli
terga insidens. ad passionē
redemptionis nr̄e spontane
us aduenisti. cū tibi ramis
arboreis occurrentib; disci

pulorum turbis certatim sterne
retur uia. et triumphatri
cibus palmis cum uoce laudis
occurrerent plurime populorum
caterue resultantes pariter
et dicentes. osanna filio da
uid. benedictus qui uenit in
nomine domini. Tibi in monte
oliueti oliuarum ramis uia
constrata est. Tu quonda no
e in archa super undas diluuij
gubernasti. et columbe mi
nisterio per oliue ramum pacem
terris redditam nunciari uoluisti

sti. Sz et iacob patriarcha ī
ministeriū gl̄e tue erigens
lapidem ex huiꝰ arboris ra
mis oleum benedictionis in
cacumen tituli infudit. un
de unxisti reges et ꝓphas tu
os. Tu eñi es xp̄c dei. tibi
cōpetit fructus unctionis
et pacis. in cuiꝰ ineffabilē
laude psalmista cecinit di
cens. unxit te ds ds tuus
oleo exultationis ꝑpartici
pibꝰ tuis. Qua ꝓpter suppli
ces te dn̄e dep̄camur. ut be

nedicas hos ramos arboꝝ.
quos tui famuli in suis
suscipiẽtes manib; in occur
sum tui ꝓperare teq; benedi
cere. et glorificare deside
rant. Ecce ihrlm sedens sup
asinũ rex mansuetꝰ adueni
sti. Adueni ergo et nobis ro
gamus. et in mediũ nr̄i cõ
siste. ut aduenire te ĩ nr̄is cor
dibꝰ sentiamꝰ. et qui nos tunc
reparasti ꝑ crucẽ. iterũ lap
sos re para ꝑ eande beati
ficã passionẽ. Oris nr̄i con

fessionē. ac ieiunii hu
miliationē libens suscipe.
et fructum uiriditatis ha
bere cōcede. quatinus tuis
ymbribus irrigati. merea
mur tibi suauiū fructuū
ubertate placere. Et sicut il
li tibi pcesserunt obuiā cū
arboreis frondibus egressi.
ita nos te redeunte in scdo
aduentu/cū palmis uicto
rie/leti mereamur occurrere.
Saluator mūdi: qui cū patre
in unitate spc sci uiuis et

+ asperge tuc

regnas ds. p oīa s.s. am̄. +

Benedictio luminis i vigilia paste.

Vigilia paste. bn̄dcō ignis.

Vn̄s uobiscū. Oremus.

Dn̄e ds pat̄ lumen inde
ficiens. exaudi nos. tu
es sc̄e conditor omniū lumi
nū. Benedic dn̄e hoc lum̄.
qd̄ ate sc̄ificatū atq; bene
dictū est. qui illuminasti
omnē [illegible] mū
dum. ut ab eo lumine acce
dam̄. et illuminem̄ igne cla
ritatis tue. et sic̄ igne illumina
sti moysen. ita illuminare

nō bn̄dcō ouorū ut i die paste q̄re i paruo missali circa fine

corda et sensus nr̄os digne
ris. ut ad et̄nā uitā ꝑuenire
mereamur. Ꝑ d̄: Professio sancti
monialium. Ego soror. N.
ꝓmitto stabilitatē meā. et cō
uersionē moꝝ meoꝝ. et obedīā
sc̄dm regulā sc̄i benedicti. co
rā deo. et sc̄is eius quoꝝ reliq̄e
hic habentur. et oībꝫ sc̄is. ī hoc
loco qui uocatur lucida (uall. ordis cisterciensis) ꝯstruc
to in honore beatissime dei
genitricis sempꝗ uirginis ma
rie. ī p̄sentia dn̄e. N. abbisse.
hac ꝓfessione ꝑlecta positaq; sup̄ (adtare) reuisa ad

gradum astante ibi abbate dicat hunc
versum. Suscipe me dne s. e. t. et v. et n. c. me
ab expec. mea.
Quo dicto. curuet genua. et hoc tribus vicibus deinde
gloria patri. Postea prosternat pedibus omnium sororum vt orent
pro ea. Et rediens ad gratulum prosternat se in terram. et dicat omnes
.k. x. k. Et ne nos. Miserere mei. Gloria
patri. Saluas fac antillas tu
as. Mitte eis dne auxilium
de sancto. Nichil proficiat inimicus
in eis. Esto eis dne turris for
titudinis. Vnde deus uirtutum
conuerte nos. Dns uobiscum.
Deus indulgentie Oremus.
pater. qui seueritatem tue di

strictionis temperans ī dul
sisti. ne filiꝰ portet iniqui
tem patris. et qui mira di
spensatione etiā malis be
ne utens. tue dignationis
grām frequent̄ operaris.
q̄s clementiā tuā. ut his
famulab; tuis nō obsistat.
qd̄ habitū religionis ꝑ nos
tanta ac tali re indignos
accipiunt. s; ministeriū
qd̄ ꝑ nos exterius exhibet̄.
tu interius ꝑ donū sc̄i sp̄c
exequaris. ꝑ eiꝰde. Ad patrē oro.

Ds̄ qui ꝑ coeternū tibi
filiū. cuncta creasti. qui q;
mundū inueteratū ꝑ miste
riū incarnationis eius reno
uare dignatus es. te suppli
citer exoramus. ut eiusdē
dn̄i nr̄i gr̄a sup has famu
las tuas ab renuntiationē
seculi ꝓfitentes. clementer
inspicere dignetur. ꝑ quā in
spū sue mentis renouate.
ueterē hominē cū suis ac
tib; exuant. et nouū qui
scd̄m d̄m creatus ē induere

pecatis

mereantur. Per eundem. Ad filium oratio.

Domine ihu xpe qui es uia
sine qua nemo uenit ad
patrem. quesumus benignissimam cle
mentiam tuam. ut has famu
las tuas a carnalibus deside
riis abstractas. per iter disci
pline regularis deducas. qui
qui peccatores uocare dig
natus es dicens. uenite ad
me omnes qui laboratis et
onerati estis. et ego uos re
ficiam. presta ut hec uox tue
inuitationis ita in eis conua

lescat. quatenus peccatorum one
ra deponentes. et quam dul
cis es gustantes tua refecti
one sustentari mereantur. et
sic de tuis ouibus testari dig
natus es. agnosce eas inter
oues tuas. et ipse te agno
scant. ut alienum non se
quantur sed te. neque audiant
uocem alienorum sed tuam qua di
cis. qui michi ministrat
me sequatur. Qui ui. et r.

Sancte spiritus qui te ad spiritum sanctum oratio
dominum ac dominum reuelare

dignatus es. in mensam bo
nitatis tue gratiam postulamus.
ut sicut ubi uis spiras. sic et
his famulabus tuis affectum
deuotionis indulgeas. et
quomodo tua sapientia sunt con
dita. tua quoque prouidentia
gubernentur. quas iuxta con
suetam tibi gratiam unctio
tua de omnibus doceat. et
per intercessionem beatissimi
benedicti. quem precipuum huius
sancte institutionis legis la
torem dedisti. nec non et aliorum

scōꝝ ad quoꝝ nomina petici
onem faciunt. eas auanita
te seculi ueraciter conuer
te: et sicut es omniū pecca
toꝝ remissio. deprimentes
impietatis obligationes in
eis dissolue. et ad obseruā
tiam huius scī ꝓpositi fac eas
certatim feruere. vt in tribu
lationibꝫ et angustiis tua ī
deficienti consolatione uale
ant respirare. et pie et iu
ste ꝑ ueram humilitatē atq;
obedientiā in fraterna cari

tate fundati. qd te donan
te pmiserunt. felici pseue
rantia conpleant: Qd ipe
prestare digneris. qui cū dō
patre. scōq; unigenito filio
eius. dño nro ihu xpo. uiuis &
gloriaris ds. p infinita scla
sclorum am. Benedictio cuculle.

dnus vobiscum
Oremus

Domine ihu xpe qui
tegmen nre mortalita
tis induere dignatus es. ob
secramus in mensā tue largi
tatis abundantiā. ut hoc
genus uestimenti qd sci pa

tres ad innocentie uel hu
militatis indiciū ab renun
tiantib; sclo ferre sanxe
runt. ita tu benedicere
digneris. ut hec famule
tue que hoc usi fuerint.
te induere mereant. Qui
ui. &c. Quando exuit de sclari habitu dicat

Exuat te dn̄s ueterē ho
minē cū actib; suis. Quando in
duit monastico habitu dicat.

Induat te dn̄s nouū homi
nē. q̄ scdm dm creat ē in
iusticia et sc̄itate ueritatis.

¶ Ad velum:

Accipe velum
sacrum puella
quod perferas
sine macula
ante tribunal
domini nostri ihesu
xpi cui flecti
tur omne genu
celestium terrestri
um et inferno
rum in secula
seculorum fiat
Amen

39

Cantrix mox
hymnum incipiat:
Veni creator spiritus:
Vel hymnum:
Abbas: vel vice
tenens: dicat Pro.
Emitte spiri-
tum tuum
et creabuntur:
Et renovabis etc.
Vel Manda deus
virtuti tue:
Confirma etc.
Dominus vobiscum:
Oremus:

Deus qui corda
fidelium
sancti spiritus
illustratione
docuisti. Da no-
bis in eodem spi-
ritu recta sapere
et de eius semper
consolatione gau-
dere. Alia.

Actiones
nostras que-
sumus domine

Aspirando

aspirando pre-
veni. et adiuua-
do prosequere.
ut cuncta nostra
operatio a te
semper incipiat.
et per te incepta
finiatur. Per
Xpm dominum
nostrum. Amen.

Vel illa Collectam
quere infra Actiones
In Benedictione Allatissimi.

1 · E · 39 · F

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

hic pulsat bis. et induto abbate vel sacerdote. pulsat 3o.

15.

Ordo ad ungendum infirmum. Primo dicat

Beatus qui in. Gloria patri. Judica me deus et discer. Gloria patri. Voce mea. Gloria pa. Et cum pervenerit ad infirmum finitis psalmis qui unctionis agit officium dicat.

Si necesse fuit ultima pars repetat

Pax huic domui. Et conventus respondeat. Amen. Et statim sacerdos subsequatur. Dominus vobiscum.

Omnipotens semper iacobum Oremus. deus qui per beatum apostolum tuum inducere presbiteros ecclesie et ungere infirmos precepisti. Et prestamus quesumus ut digneris per manus nostras

hanc famulam tuam infirmam. de
oleo isto sanctificato. ungere
et benedicere. et quod exterius
fideliter postulantes amplec
timur. hoc interius spiritualiter
diuina tua uirtus inuisibi
liter operetur. Per d. n. i. x. f. t.

Qua collecta finita et responso amen.

Confiteor Dicat infirmus suum confiteor. uel si illud
dicere nescierit uel non potuerit tundens
pectus. dicat mea culpa. de omnibus peccatis
meis. precor uos orate pro me. et dicatur
ei ab omni conuentu Misereatur tui omnipotens deus
totum usque amen. Et abbas si affuerit

Dicat hanc absolutionem.

Dn̄s ihc xp̄c qui dixit disci
pulis suis. quecūq; ligaueri
tis sup t̄ram. erunt ligata et
in celis. et quecūq; soluerit is
sup t̄ram. soluta erunt et
in celo. de quoꝝ numero quā
uis indignos nos ēē uoluit.
ip̄e te absoluat ꝑministe
rium nr̄m. ab omnib; pecca
tis tuis. quecūq; cogitatiōe.
locutione. et opatione. ne

glienter egisti. atq: anexib;
peccatoꝝ absolutā. ꝑducere
dignetur ad regna celoꝝ. q̄
cum patre et s. s. uiuit et
reg. ds ꝑo. s. s. Si uero abbas
defuerit. dicat ipse q̄ inungit.
Indulgentiā et remissionē
omniū peccatoꝝ tuoꝝ. ꝑ gra
ciā sc̄i sp̄c. tribuat tibi om
nipotens et misericors dn̄s.
am. Quo dicto qui inunxerit offerat
ei crucem ad osculandum. Quo facto.
et cruce reddita. ad propinquans sacdos
ad egrotum. intincto pollice in oleo.
Hic lege absolutionem ordinis
urbani pape etc.

Quoties [illegible] unitat
[illegible] repetit
[illegible] per ista [illegible] unctionis

inungat eum in septem locis.

Ita dicendo.

Per istam scam unctionē
et suā piissimā miām. in
dulgeat tibi dn̄s quicq̄d pec
casti. ꝑuisum. Hec oratio repe
tatur per cetera loca scilicet.

Per auditū. ꝑ odoratū. ꝑ gu
stum. ꝑ tactū. ꝑ ardorē libi
dinis. ꝑ incessum pedū.

Manus et pedes desup tantū inungantur
cuiuslibet ordinis sit qui inungitur.
Et inuncto infirmo dicat conuentus

Benedic [illegible]
[illegible]

psalmum. Quo dicto.

Benedic aia. Dicant omnes.

k.x.k. Pat nr. Et ne nos.

Ostende nobis dne mam tu

a. Salua fac famulam tuam.

Mitte ei dne auxilium de sco.

Nichil proficiat inimicus in

eo. Esto ei dne turris fortitudinis. Dns uob.

Oremus dnm nrm ihm xpm fis. et cum omni supplicatione rogemus. ut hanc famulam suam. p angelm suum

scm̄ uisitare. et letificare et
confortare dignet̄. qui uiuit et
r. d. p̄o. s. s. Oratio.

Propiciet̄ dn̄s cunctis iniquitatib⁹ hui⁹ infirmie.
Predimatq; de interitu ꝑpetue
mortis uitam ei⁹. et corroboret et saciet in bonis omib;
desideriū ei⁹. q̄ uiuit. r. p̄o. s. s.

Da ueniā dn̄e famule tue.
et clementer libera ab egritudine corporis laborantē. et
cū a tua iusticia corrigis de
uiam. celeri defende misera

tione correctam. ꝑ xp̄m d.n.

Benedicat te ds pat̄. sa
net te di filius. illuminet
te sp̄s sc̄s. custodiat corpus tu
ū. animā tuā saluet. cor
tuū irradiet. sensum tuū
dirigat. et ad supnā uitā
te ꝑducat. qui in trinitate
ꝑfecta uiuit. & r. ꝑ.

Benedicat te ds celi. ad
iuuet te xp̄c filius dei.
corpus tuū in suo sc̄o serui
cio custodiri et conseruari
faciat. mentē tuā illumi

net. "sensū tuū dirigat."
grām suam ad pfectū aīe
tue ínte augeat. "ab omni
malo te liberet." dexterā sua
te defendat. "qui sōs suos
semp adiuuat. ipse te adiu
uare et conseruare dignet.

Benedicat Pomīa.
te ds pat. qui in prin
cipio cuncta creauit ex nu
chilo. "benedicat te dī filius
qui de supnis sedib; sal
uator descendit." benedi
cat te sps sōs qui in simi

litudine columbe in flumi
ne iordanis requieuit in
xp̄o. ipe te in trinitate sc̄i
ficet. quē om̄s gentes uen
turū expectant ad iudiciū.
Qui uiuit et r.at d. p̄o. s. s. ✠

Postea discedāt. Quando īfirmus morti
penit' appropinquauit. p̄cuciat' tabula
crebris ictibꝫ Q° audito. om̄ns sorores
relictis om̄ibꝫ que in manibꝫ habue
rint accurrant uelocit' ad morientē
bis uel ter credo 2c si necesse fuerit.
dicentes Credo īunum dm̄ p. o.
Repetentes illud bis. uel ter si necesse
fuerit. Si autē adhuc sup̄ vixerit

Vicatur letania ista.

Kyriel. X pēl. X pē audi nos.
Pat̄ de celis ds/miserē ei. Fi
li redemptor mundi ds/mi
serē ei. S pē scē ds/miserē ei.
Scā trinitas unus ds/miserē ei. Sancta dei genitrix ora pro ea
Scā maria/ora pro ea. S cā uir
go uirginū/ora pro ea. S cē
Michahel. ora pro ea. S cē ga
briel. ora pro. S ce raphahel/or.
Omēs scī angli et archangli.
orate pro ea. O mēs scī beatorum

Sancte iohs baptista · or. Oms sancti patriarche & pphe · orate pro ea.

spirituū ordines · orate pro ea.

Scē petre · ora pro ea.

Scē paule · ora pro ea.

Scē andrea · ora pro ea.

Scē Johannes · ora pro ea.

Scē Jacobe · ora pro ea.

Scē Philippe · ora pro ea.

Scē Bartholomee · ora pro.

Scē Mathee · or.

Scē thoma · or.

Scē Jacobe · Symon · or.

Scē thathee · or.

Scē Mathia · or.

Oms sci apli et euugliste · orate pro.

Omnes sci discipuli dni · orate p.
Omnes sci innocentes · orate p.
Sce Stephane. ~~~~~~~~ or.
Sce Clemens. ~~~~~~~~ or.
Sce Laurenti. ~~~~~~~~ or.
Sce Vincenti. ~~~~~~~~ or.

Sce Sebastiane. ~~~~~~~~ or.
Sce Hirenee cum socius tuis · or.
Sce Johannes. ~~~~~~~~ or.
Sce Paule. ~~~~~~~~ or.
Omnes sci martyres. ~~~~~~~~ or.
Sce Silvester. ~~~~~~~~ or.
Sce Martine. ~~~~~~~~ or.

Ste Nicolae. ora pro ea
Ste Petre.
Ste Wilhelme. ora pro ea
Ste Edmunde. ora pro ea — or.
Ste Malachia. ora pro ea
Ste Hylari. ora pro ea — or.

Scē Athanasi. — or.
Scē. Gregori. — or.
Scē Ambrosi. — or.
Scē Augustine. — or.
Scē Benedicte. — or.
Stē Bernharde. — or.
Ruperte.
Scē Egidi. — or.
Omīs scī confessores. — or.
Scā Maria Magdalene. — or.
Scā Felicitas. — or.
Scā Ppetua. — or.
Scā Agatha. — or.

Scā Agnes. ~~~~~~~~~~ or.
Scā Cecilia. ~~~~~~~~~~ or.
Scā Lucia. ~~~~~~~~~~ or.
~~~~~~~~~~ or.
Scā Scolastica. ~~~~~~~~~~ or.
Omīs scē uirgines. ~~~~~~~~~~ or.
Omīs scī. orate ~~~~~~~~~~ ꝓea.
Propicꝰ esto. exaudi nos dñe.
Apericulo mortis. libā eā dñe.
Aministris tartareis. libā eā d.
Apondere peccatoꝝ. libā e. d.
Alocis penaꝝ. libā eā ~ dñe.
Atetra mortis caligine. l. e. d.
Abore putei gehenne. l. e. d.
~~~~~~~~~~

Apenis inferni · libꝫ eā dñe.
Auinculis mortis · libꝫ. e. d̄.
A morte ꝑpetua · libꝫ. e. d̄.
Per aduentū tuū · li. e. dñe.
Per natiuitatē tuā · li. e. dñe.
Per passionē tuā · l̄. e. d̄.

Per resurrectionē tuā · l̄. e. d̄.
Per ascensionē tuā · l̄. e. d̄.
Per mīam tuā · libꝫ eā dñe.
Per sp̄m parachytū · l̄. e. d̄.
In die iudicij · l̄. e. dñe.
Peccatores · te rogamꝰ audi nos.
Vt sp̄m famule tue in sinu a

brahe recipi iubeas·te ro.a.n.
Vt cū fiducia diē iudicii expec
tet·te rogam⁹ audi nos.
Vt eā a numero malor discerni
iubeas·te rogam⁹ audi nos.
Vt eā ad gaudia eterna ꝑducas·t.
Vt eā dextera tua sancta bene
dicere digneris·te.ro.au.n.
Vt requiē eternā ei dones·te.r.
Fili dī·te rogamus au.n. Fi
li dī·te rogam⁹ audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi·miserere ei. Agn⁹
dī q̄ t.p.m.: dona ei requiē

Si ad huc supniperit dicant [illegible]
septem ps. [illegible]

sempitnā. X pē audi nos.
Kyriel. X pēl. Kyrie. ✠

Egressa anima incipiat cantor. ℟.
Subuenite sci dei. Ceteris eundem
cantum subsequentibus et dicentibus:

Post egressum anime
pulsetur ter. Et quartus
pulsus reseruatur. Do-
nec sacerdos alba, stola,
manipulaque indutus
fuerit. Cum autem ad
mortuum peruenerint inci-
piat Mox cantrix [illegible]
Subuenite sancti dei. etc.

Kyriel. X pēl. Kyriel. Orem.

Tibi dn̄e commendam aīam
famule tue. ut defuncta se
culo tibi uiuat. et que per

fragilitatē mundane conuer
sationis peccata admisit. tu
uenia misericordissime pie
tatis absterge. Pr dnm nr. i.

Post istam collam deferat mortuus ad
lauandū. Pr uideat autē pr̄or, aquibꝫ et
quom̄ abluat, ⁊ inuoluat. Iterī sorori
bꝫ seorsū a defuncto ordinatis circa abbatē
sic in choro pr ut locus pmiserit. ⁊ qsqꝫ
abbas ī suo dictauit monastio. conuersis.
Laicis seorsum existentibꝫ, abbas ceteras
que secunt subsequat collectas.

dum cōpo
lauat

Ds̄ pietatis et bonitatis in
uicte et sempiterne cle
mentie. te suppliciter postu
lamus. ut animā famulē tuē
quā de huius seculi erumpno
sa ꝑegrinatione p̄cepisti uo
cari. uniuersa delictoꝝ re
missione concessa. in abrahe
gremio iubeas collocari. Ob
secramus ergo piissime patr̄.
ut quā unigeniti tui cruoꝝ
redemit effusus. non sinat
uermibus uorari ꝑpetuis. sed
angelici agminis deductio

ne ꝓtecta. paradisi tui poci
atur suauitate secura. et int̄
uictricū turmarū triumpha
les cat̄uas coronata incedat.
a dextris filii tui retributio
nē acceptura assistat. et sc̄oꝝ
tuoꝝ felici consortio depu
tata. regnū celeste posside
at. Peundē · xp̄m · do · nr̄m ·

Diri uulneris nouitate per
culsi. ꝗ quodamodo cordib̄
sauciati. mediam tuā mun
di redemptor flebilib̄ uoci
bus imploram̄. ut carē nr̄ē

animā ad tuā clementiā qui
fons pietatis es. reuertentē
blande leniterq; suscipias.
ut si quas illa excarnali con
tagione contraxit maculas.
tu ds inolita bonitate clem̄
ter deleas. pie indulgeas.
obliuioni in ꝑpetuū tradas.
atq; eandē laudes tibi cū ce
teris redditurā. et ad corpus
quandoq; reuersurā. scōꝝ
tuoꝝ cetibus aggregari p̄ci
pias. qui cū patre et sp̄u s.
uis. ꝯ r. ds ꝑ. s. s. am̄. Orem.

Mediam tuā dñe scē patr̄
omnipotens etn̄e ds. pi
etatis affectu rogare ꝓ aliis co
gimur. qui ꝓ nr̄is supplicare
peccatis ne quaquā sufficimꝰ.
tam̄ de tua confisi gratuita
pietate et inolita benignita
te clementiā tuā deposcimꝰ.
ut animā famulē tuē ad te
reuertentē cū pietate susci
pias. Assit ei angls testam̄
ti tui michahel. et ꝑ manꝰ
scōꝝ angloꝝ tuoꝝ inter scōs
et electos tuos in sinib; abra

he. ꝟsaac. et iacob. patriarcha
rū tuoꝝ eam collocare digne
ris. ꝯ quatinus liberata de
principib⁹ tenebrarū. et de
locis penaꝝ. nullis iam pri
me natiuitatis uel ignoran
tie aut ꝓprie iniquitatis seu
fragilitatis confundat̄ erro
rib; ꝯ s; poci⁹ agnoscat̄ a tuis.
et scē beatitudinis requie
ꝑfruatur. ꝯ atq; cum magni
iudicii dies aduenerit. int̄
scōs et electos tuos resuscita
ta. gl̄a manifestate cōtem

placionis tue ꝑpetuo saciet̃.

Omp̄s sempi Ꝑ xp̄m.
terne ds qui humano cor
pori animā ad similitudinē
tuam inspirare dignat⁹ es. dn̄
te iubente puluis in puluerē
reuertit̃. tu imaginē tuā cū
scīs et electis tuis eternis se
dibus p̄cipias sociari. eāq;
ad te reuertentē de egypti
partib; blande leniterq; sus
cipias. et anglos tuos scōs
ei obuiā mittas. uiāq; illi
iusticie demonstra. et portas

glē tue aperi. Repelle qs̄ ab
eā omnes principes tenebrarū.
& agnosce depositum. fidele
qd̄ tuū est. Suscipe dn̄e cre
aturā tuā non ex diis alienis
creatā. sz ate solo d̄o uiuo &
uero. quia n̄ ē alius d̄s pret
te dn̄e. et n̄ desti scd̄m opa tua.
Letifica clementissime d̄s ani
mā famulē tuē. et clarifica
eam in multitudine mīe tu
e. Ne memineris qs̄ iniqui
tatū eius antiquarū. et ebrieta
tū quas suscitauit furor ma

li desiderij. licet enim peccaue
rit. tamen te non negauit. sed sig
no fidei insignita. te qui omnia
et eam inter omnia fecisti.
fideliter adorauit. Qui uiuis. ꝑ omnia

Suscipe domine animam famu
le tue. quam de ergastu
lo huius seculi uocare dignatus
es. et libera eam de principi
bus tenebrarum. et de locis penarum.
ut absoluta uinculo omnium
peccatorum. quietis ac lucis eterne
beatitudine perfruatur. et
inter sanctos et electos tuos in

resurrectionis gl̄a resuscitari
mereat̄. ꝑ xp̄m.

Partem beate resurrectionis
optineat. uitāq; eternā ha
bere mereat̄ in celis. ꝑ te ie
su xp̄e saluator mundi. Qui
uis. ꝯ R. d̄s ꝑ o. s. s. Et resp̄oso
a conuentu am̄. Incipiatur mox
psalterium Beat⁹ uir. Post lauationē
allato corpore abbas resumat stolam si
eam deposuit et aspergens corpus aq̄
benedicta et thurificans. dicat audi
entibꝫ omnibꝫ Pat̄ nr̄. dicto ḡ ab ab
bate ⁊ ne nos. Et resp̄oso a ceteris Sed

p⁹ lauatione

Aspergens corpus et thurifica:
Cantando pater noster et ne nos

libera nos. a malo.

Dicat abbas: vel Sacerdos.

aporta inferi. Nichil pficiat
inimicus in ea. Dns uobcum. Oremus.

Ds cui soli competit medi
cinam prestare post mortem.
tribue qs ut anima famu
le tue. terrenis exuta cota
giis. in tue redemptionis par
te numeretur. Pdnm no. i. x.

Tunc efferatur corpus de domo
inchoante cantore. Cum autem fue
rit in ecclesia Iterum dicat
Libera me.
Sacerdos Pater nr. Et ne. Apor

Hic aspergat et Turificet

hic corpus efferatur

ta inferi. Dn̄s uobcū. Oremus

Conmendam⁹ tibi dn̄e ani
mā famule tue. / . p̄cam̄q:
ut ꝓpter quā ad t̄ras tua pieta
te descenderas. patriarcharū
tuoꝝ sinib; insinuari n̄ ren
nuas. saluator mundi. Qui
uis. et R. ds ꝑ o. s. s. Et reinci
piant psalteriū vbi in infirmitorio
dimiserant ⁊ antequam efferatur
ad sepulcrum fratrib; ante feretrum
astantib; cum cruce ⁊ thuribulo
et aqua benedicta. Sacerdos indut⁹
stola. alba. ⁊ manipulo. dicat

Post missam - Sacerdos
dicat. Pro intres in fundis

Post missam

Hanc orationem. cantando

Non intres in iudiciū cū fa
mula tua dn̄e. quō nullus
apud te iustificabit̄ homo.
nisi p̄te omniū peccatorū tri
buat̄ remissio. Non ergo eā
tua q̄s dn̄e iudicialis senten
tia p̄mat. quā tibi uera sup
plicatio fidei xp̄iane cōmen
dat. s; grā tua illi succurrē
te mereatur euadere iudiciū
ulcionis. que dū aduiueret
insignita ē signaculo sc̄e tri

nitatis. ꝑ eum qui uenturus
est in spū scō iudicare uiuos ꝛ
mortuos et sclm ꝑ ignē. ad.

Hic thurificet tm

℟ Subuenite scī dī occurrite an
gli dñi suscipientes aīam eī offe
rentes eā in conspectu altissimi.
℣ Suscipiat eam xp̄c qui uoca
uit et in sinu abrahe angeli de
ducāt. Offerentes. k ÿriel. x pel.
k ÿriel. Dicat sacdos.

Deus cui omnia uiuunt.
et cui n̄ pereunt morien
do corpa nr̄a. s; mutant̄ ī me
li. te supplices depcam̄. ut

quicquid anima famule tue
uicior tueq; uoluntati cōtra
riū, fallente diabolo. et ꝓpria
iniquitate, atq; fragilitate
contraxit. tu pius et mise
ricors abluas indulgendo.
eamq; suscipi iubeas. ꝑ manꝰ
scōr archangl̄or tuor, dedu
cendā, in sinib; patriarchar
tuor. abraham scilicet amici
tui. et ysaac electi tui. atq;
iacob dilecti tui. quo aufu
git dolor et tristicia, atq; sus
piriū. fideliū quoq; anime

felici iocunditate letantur. et in
nouissimo magni iudicii die
inter sanctos et electos tuos eam fa
cias perpetue glorie. percipere por
tionem. quam oculus non uidit.
nec auris audiuit. et in cor
hominis non ascendit. que per
parasti diligentibus te. per eum
qui uenturus est in spiritu sancto
iudicare uiuos et mortuos.

Memento mei dominus quia uentus est
uita mea nec aspiciet me uisus
hominis. Et non reuertetur oculus meus.
ut uideat bona. Hec. Kyriel.

Hic thuraficet tantum

xpel. kyriel. Oro.

Fac qs dne hanc cu famula
tua miam. ut factor suor
in penis n recipiat uice. que
tuam in uotis tenuit uolunta
te. et sic hic eam uera fides
iunxit fideliu turmis. ita ea
illic tua miseratio societ ange
licis choris. p eu qui uentur
est in spu sco iudicare uiuos
et mortuos. Libera me dne de
uiis inferni. qui portas ereas cofre
gisti. et uisitasti infernu. et dedisti
eis lumi. ut uiderent te. q erant in

v sclm p igne.

Hic aspergat et thurificet

penis tenebrarū. ℣ Clamantes ꝛ
dicentes aduenisti redemptor nr̄.
Qui por. kyriel. xp̄el. kyriel. Pat̄
nr̄. Et ne. Requiē etn̄ā do. e. d.

Annue Orem̄ Dn̄s uo.
A nobis dn̄e. ut anima fa
mule tue remissionē quā semp̄
optauit mereat̄ p̄cipere peccator.
P dn̄m n. i. x. f. t. q. t.
℣ Inexitu. ℣ Confitemini.
℣ Quē admodu. ℣ Mem̄to d. d. ℣ Dn̄e
p̄basti. ℣ Dn̄e clamaui. ℣ Voce mā.
℣ Requiē et. do. e. d. ā Chorus
angl̄or te suscipiat. et in sinu.

abrahe ibi te collocet. ut cū lazaro
quonda paupe. etnā habeas reqē.
Clementissime dñe. qui pnrā a pro nostra
miseria ab impiorū manib; mor
tis supplicium ptulisti. libera aīam
eius de inferni uoragine. et de
ministris tartareis miserator ab
solue. et cuncta eius peccata obli
uione ppetua dele. eam adlucē
tuā angli tradant. paradisiq;
ianuā introducant. ut dū cor
pusculu puluerī tradit. ad etni=
tatē pducat. dñe miserere sup
peccatrice. Oratio.

Dr̄ōes sequentes legant plane sine notis

Pie recordationis affectu fr̄s
k m̄i cōmemorationē faci
m⁹ kare nr̄e. quā dn̄s de temp
tationib⁹ hui⁹ scl̄i assumpsit.
obsecrantes mediam dei nr̄i.
ut ip̄e tribuere ei dignet̄ pla
cidam et quietā mansionē. et
remittat om̄s lubrice temeri
tatis offensas. ut concessa ue
nia plene indulgentie. q̄cq̄d
in hoc scl̄o ꝓprio reatu deliq̄t.
totū ineffabili pietate et be
nignitate sua deleat et abster
gat. qd̄ ip̄e p̄stare dignet̄.

qui uiuit. et R.at ꝑ inmortalia scla

Obsecramus sclorum. amen.

miam tuam omnipotens deus. qui
hominem ad imaginem tuam crea
re dignatus es. ut animam et spi
ritum famule tue. quam hodierna
die rebus humanis eximi. et
ad te accersiri iussisti. blande
et misericorditer suscipias. non
ei dominentur umbre mortis.
nec eam tegat chaos et cali
go tenebrarum. sed exutam omni
um criminum labe, in sinu abra
he patriarche collocata. lo

cū lucis et refrigerii se adep
tam ēē gaudeat. ut cū dies
iudicii aduenerit. cū scīs et
electis tuis eam resuscitari
iubeas. ꝑ dn̄m n. i. x. f. t. q.
ui. et r. ꝑ immortalia. s. s. am

Deus apud quē mortuoꝝ
spc̄ iuuiuit. et in quo
electoꝝ anime deposito car
nis onere plena felicitate
letantur. prā supplicantibus
nobis. ut anima famulē
tuē. que temporali ꝑ corpꝰ
huiꝰ luminis caruit uisu.

eterne illius lucis solacio pociatur.
ñ eam tormentū mortis attī
gat. ñ dolor horrende uisi
onis afficiat. ñ penalis ti
mor excruciet. nō reorum
prima catena cōstringat.
s; concessa sibi uenia de
lictorum omniū. optate qui
etis consequatur gaudia re
pmissa. ꝑ xp̄m dn̄m n.

Deus qui funda Benedictio sepulchri
sti t̄ram et creasti celos.
qui omnibus nomina side
ribus indidisti. qui captū

Benedictio Sepulchri.

laqueo mortis hominē al-
luuione reparasti. qui se
pultos abraham. ysaac. et
iacob. in spelunca duplici
libro uite. et tocius ecclie
principes adnotasti. bene
dicendos. qs benedicere
digneris hunc tumulū
famule tue. ut eam hic
requiescere facias. et in si
nu abrahe collocare dig
neris. qui dnm nrm ihm
xpm filiū tuū. uictis la
queis inferoꝝ resurgere

fecisti. et suoꝝ in se creden
tiū menbra iussisti resus
citare. Respice qs dn̄e sup
hanc fabricam sepulture.
descendat hic sp̄c tuus sc̄s.
ut te iubente sit ei ī hoc
loco quieta dormicio. et ī
tempore iudicii cum sc̄is
omnib⁹ uera resurrectio.
te p̄stante. qui uiuis et
regnas. ꝑ omīa. s. s. am̄. ¶

Postea aspergat corpus. deinde tumulū.

Si tumulus nondum paratus est cum adue
nerit. hac collatio. Temeritatis quidem est. resumat
dicat de sequendis collectis. Tumulo autem ipsa
rato ante quam inchoet ipsam collectam aspergat
corpus. postea tumulum. Deinde thurificato
corpore tradat thuribulum illi qui est in fossa.
ut thurificet eam. Moxque deponatur corpus et
iterum aspergatur a sacerdote et ab illo qui info
uea est thurificetur. Quo operto sacerdos
super eum terram semel proiciat. Quo
facto. retrahat se contra sepulcrum
incipiens Temeritatis quidem est.

aspergat et thuri: terram proiciat

Temeritatis quidē est
dn̄e. ut homo hominē.
mortalis mortale cinis ci
nerem. tibi dn̄o deo nr̄o au
deat conmendare. s; quia
t̄ra suscipit t̄ram. et pul
uis cōuertitur in puluerē.
donec omnis caro in suam
redigat̄ originem. tuam
piissime pater lacrimabi
liter q̄s pietatem. ut hui⁹
famule tue animā. quā
de hui⁹ mundi. uoragine
cenulenta ducis ad patriā

abrahe amici tui sinu reci
pias. et refrigerii rore ꝑfun
das. sit abestuantis gehen
ne truci incendio segrega
ta. et beate requici te do
nante cōiuncta. et que illi
sunt dn̄e digne cruciatib⁹
culpe. tu eas gr̄e mitissi
ma lenitate indulge. nec
peccati recipiat uicē. sꝫ
indulgentie tue piam
sentiat bonitatē. cūq;
finito mundi termino.
suꝑnū cunctis illuxerit

regnū. nouus homo sc̄orum
omniū cetib; aggregata.
cū electis tuis resurgat ī
parte dextra coronand.
P xp̄m dn̄m nr̄m. am̄.

Oremus fr̄s kmi. p sp̄u
care nr̄e. quā dominus
de laqueo huius scli libera
re dignatus ē. cuius corpus
culum hodie sepulture
traditur. ut eam pietas dn̄i
in sinu abrahe. ysaac. et
iacob collocare dignetur. ut
cū dies iudicii aduenerit.

inter scōs et electos suos.
eam in parte dextera col
locandam resuscitari faci
at. prestante dn̄o nr̄o i.x.
q̄ ui. et R. p̄ o. s. s. am̄.

Ds̄ qui humanar̄ ani
mar̄ eternꝰ amator es.
animā famulē tuē. quam
uera dū in corpore mansit
tenuit fides. ab omni cru
ciatu inferor̄ redde extor
rem. ut segregata ab infer
nalib; claustris. scōr̄ mere
at̄ adunari cōsortiis. P̄ x.

Debitum humani corpis
sepeliendi officiū fideli
um more complentes. dm̄i
cui omnia uiuunt. fide
liter deprecem̄. ut hoc cor
pus care nr̄e anobis inin
firmitate sepultum. in or
dine scōr suor resuscitet.
et ei sp̄m scīs ac fidelibus
aggregari iubeat. cū quib⁹
in enarrabili gl̄a. et ꝑen
ni felicitate ꝑfrui merea
tur. Ꝑ xp̄m dn̄m n. Oremꝰ.
Suscipe dn̄e animā

famulē tuē reuertentē ad
te. ueste celesti indue eā.
et laua eam sancto fonte
uite eterne. ut inter gau
dentes gaudeat. et inter
sapientes sapiat. et inter
mr̄es coronata consedeat.
et inter patriarchas et
ꝓphas ꝓficiat. et int̄ aplos
xp̄m sequi studeat. et int̄
anglos et archanglos cla
ritatem dei semꝑ uideat.
et inter paradisi rutilos
lapides gaudiū possidē

at. et noticiam misteriorꝝ
agnoscat. et inter cheru
bin et seraphin claritatē
di inueniat. et inter ui
ginti quatuor seniores. can
tica canticorꝝ audiat. et ī
ter lauantes stolas suas ī
fonte luminis uestem la
uet. et inter pulsantes por
tas aptas celestis ihrlm re
periat. et inter uidentes
dm. facie ad faciē uideat.
et inter canentes canticū
nouū cantet. et int audi

entes auditum celestem so
num audiat. P x. d. n.
Suscipe dne famulam
tuam in bonū habita
culū eternū. et da ei requi
em et regnū. idest ierlm
celestem. et in sinibꝫ patri
archaꝝ tuoꝝ. idē abrahe.
ysaac. et iacob. eam colloca
re digneris. et partē habe
at in prima resurrectione.
et inter suscipientes corpo
ra in die resurrectionis cor
pus suscipiat. et cū bene

et int surgen tes sur gat

dictis ad dexterā dī patris
uenientib; ueniat. et in
ter possidentes uitā eter
nam possideat. ℣. x. d. n.

Te dn̄e sc̄e pater omīps
et̄ne ds. supplices dep̄
cam̄. p sp̄u famule tue quā
auoraginib; hui sc̄li ad te
accersiri p̄cepisti. ut digne
ris dare ei locū refrigeru
et quietis. Liceat ei transi
re portas infernoꝝ. et pena
tenebraꝝ. maneatq; ī mā̄si
onib; sc̄oꝝ. et in luce sc̄a.

quā olim abrahe ꝓmisisti
et semini eius. Nullā lesi
onē sustineat spc̄ ei⁹. et cū
magn⁹ dies ille resurrectio
nis aduenerit. suscitare
eam digneris dn̄e una cū
scīs et electis tuis. Deleas
eius delicta atq; peccata.
usq; ad nouissimū qua
drantē. cū quo immortali
tatis uitā consequat̄ et
regnū. ℣. x. d. n. ✝. Pat̄ nr̄.
Et ne nos. Aporta inferi.
Ne tradas dn̄e bestiis ani

Finito
Absolui
Cantat
Rx.

Clementissime. finito q; clementissime
dicat Guerdos Cantando.
✝. Pater noster.

nia confitentē tibi. Vñe ex
audi orationē m. Vñs uo.
Absolue dñe Oremus.
Anima famulē tuē ab
omni uinculo delictoꝝ. ut
in resurrectionis gl'a int̄
scōs tuos resuscitata respi
ret. Pro hiis q̄ ī cimiterio sepulti sūt.
Ds cui miseratione anime
fideliū requiescunt.
animabꝫ famuloꝝ famularꝫ
tuaꝝ. omniūq; fideliū hic
et ubiq; in xp̄o quiescen
tiū. da ꝓpicius ueniā pec

catorum: ut a cunctis reatibus
absoluti. tecum sine fine le
tentur. Per eundem dominum n. i. x.
Dominus uo. Requiescant in pace.
Postea dicantur pro sorore. quinque. ac nouem
septem penitentiales psalmi.
in oratorio prostrate. versus.
Requiem eternam dona ei domine.
Pater noster. Et ne. # Aporta in
feri. Domine exau. Dominus uo.
Satis faciat tibi quesumus Oremus
domine deus noster. pro anima
sororis nostre. beatissime dei
genitricis marie. et sanc

Non intres in iudicium cum ancilla tua domine
Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vi

tissimi confessoris tui bene
dicti. omniūq; scōꝝ tuoꝝ
oratio. et p̄sentis familie
humilis supplicatio. et pec
catoꝝ omniū ueniā quā p̄
cam̄ optineat. nec eam pa
ciaris cruciari gehennalib⁹
flammis. quē quā filii tui dn̄i
nr̄i ihu xp̄i p̄cioso sangui
ne redemisti. qui tecū et
cū sp̄u scō uiuit et regnat
ds. p o. s. s. am̄. Vn̄s uo.
Requiescat t in pace. am̄.

Hic est finis.

Hic est finis

R. Libera me dñe. Dies ille. ℟. Verba mea. ℟. Dñe
ne in furore. ℟. Dilexi qm̄. ℟. Credidi ꝓpt̄. ℟. Deꝑfūd.
Reqē etnā. R. x. R. Pat̄ nr̄. Et ne. Aporta ī.
Requiē etnā. Dñs uob. Oremus. Pr̄a dñe
qs̄. ut anima famulē tuē cuius anniuersariū de
posicionis diē cōmemoram⁹. in dulgentiā partī
et requiē capiat sempitnā. ℣. Ds̄ indulgen
tiaꝝ dñe. da aīe famulē tuē. cuius āniuersariū
depositionis diem ꝯmemoram⁹. refrigerij sedē.
quietis beatitudinē. luminis claritatē.
Pro defunctis oro. Inclina dñe aurē tuā
ad p̄ces nr̄as quib; miām tuā supplices deꝑca
m̄. ut animā famulē tuē quā de hoc sclo mi
grare uissisti in pacis ac lucis regione cōstitu
as. et scōꝝ tuoꝝ uibeas eē consortem. ℣.
Ds̄ cui Pro amicis oratio.
ꝓpriū ē misereri semꝑ et parcē ꝓpiciare aīe
famulē tuē. et omīa ei⁹ peccata dimitte. ut
mortis uinculis absoluta. transire mereat
aduitā. Pro defuncto collā.
Tibi dñe cōmendam aīam famulē tuē.
ut defuncta sclo tibi uiuat. et que ꝑfra
gilitatē mundane cōuersationis peccata ad
misit. tu uenia misericordissime pietatis ab
sterge. oro Absolue qs̄ dñe aīam famulē
tuē. ab omni uinculo delictoꝝ. ut in resur
rectionis gl̄a int̄ scōs tuos resuscitata respi

ret. Oro Annue nobis dne ut aia famule
tue remissione qua semp optauit mereatur
percipe peccatorum. Dns cui miseratione.

adoratur et conglorificatur. qui
locutus est per prophetas. Et unam sanctam
catholicam et apostolicam ecclesiam
confiteor unum baptisma in remissio
nem peccatorum. et ex specto resurrecti
onem mortuorum. et uitam futuri
seculi. amen.

Vbi corpus Aue sacr de virgine natum

Actiones nras qs dne aspirando preuenit
et adiuuando prosequere. ut cuncta
nra. operatio. et oratio. a te semp inci
piat. et per te cepta finiatur. per xpm. d

Aue gerachia celestis et pia dei mon[illegible]
nos qui non erigimus errantes in [illegible]

Deus venie largitor et hu̅ma
ne salutis auctor: q̅s clemē
ciā tuā: vt nr̅e ꝯgregacōis
fr̅es sōres familiares et bn̅
fc̅tores: q̅ ex hoc sc̅lo tr̅asierūt: bt̅a
ma sp̅ v̅gīe īt̅cedēte cū oībz sc̅is
ad p̅petue bt̅itudīs ꝯsorciū p̅
venire cōcedas.

Benedictō abbe q̄ndo p̄mo pdu
cit̄ installū cātato te dm̄ lauda
mus. ℣. Manda ds̄ uirtuti tue. Confir.
Dn̄s uob. Orem⁹. Actiones nr̄as
q̄s dn̄e aspirando p̄uenit̄. q̄ ad
iuuando psequere. ut cūcta
nr̄a opatō. a te semp̄ īcipiat̄.
⁊ p̄te īcepta finiat̄. p̄ xp̄m do. n.
Cū offertoriū cantat̄. ad ducā
tur ad sacrificiū. cū candelis ar
dentib;. postea psternant̄ ad
gradum p̄spiti. ⁊ cantet cōuē
tus. Ymnū. Veni creator.
Sequit̄ bn̄dictō uestimētor.

Visibiliū et inuisibiliū cre
ator d̄s. ad esto ꝓpici⁹. sup h̄
uestimēta scītatis ymaginē
ostēdentia. ut grā tua ir
rigāte. bn̄dicere ⁊ scīfica
re digneris. ꝑ xp̄m do. n.
Apī q̄s dn̄e oclos Item
maiestatis tue. ad īduendā
humilitatis uestē. ut que
ī ordinatis uestib; mūdo pla
cuit. in sacris īdumētis
bn̄dictōis tue grām serua
re mereatur. ꝑ. Collecta.
Da q̄s omp̄e d̄s. ut famu

la tua que p spe retributō
onis eterne se tibi dn̄o desi
derat cōsecrari. plena fide
animoq; ut ī scō ꝓposito
ꝑmaneat. tu eam omp̄c
pater. scīficare q; bn̄dice
re. ⁊ īppetuū cōseruare
digneris. tribue ei. bn̄ignitatē.
castitatē. obedientiā. Carita
tem. et omniū bonoꝝ opum
q̄ntitatē. da ei dn̄e ꝓpib;
gl'am. ꝓpudore reuerētiam.
ꝓpudicitia scītatem. ut ad me
ritū gl'e possit ꝑuenire.

Suscipe dñe ds pat̄ omp̄c.
as famulas tuas
hanc famulam tuā quam de hui⁹
mundi naufragiis ꝙ ꝑiculis e
ruis. et ad tuam uocare digna
ris grām. cōcede ꝓpici⁹. ut ar
tam ⁊ angustam uiam quā
runt
deuotis mentib; exquirit in
gant ant
giter diligat. teneat. atq; sec
entur.
tetur. quatenꝰ ad eternā quā
īte ꝑseuerantib; dignat⁹ es ꝓ
antur.
mittere. glam mereatur ꝑ
uenire. ꝑ.
abus tuis.
Dignare dñe qs famule tue.
antib⁹
renuntiāti seclarib;

pompis gr̄e tue ianuas ap̄
ire. que despecto diabl̄o ad
te cōfugiunt. uenientes sereno uul
tu. suscipe ne de eis ualeat in
imicus triūphare. tribue eis
brachium infatigabile auxilii
tui. mentē eius fidei lorica c
cunda. ut felici muro fallacē
mundū se gaudeat euasisse.
p̄ xp̄m do. n. Erectis absciderat
capilli et cantetur. Regnū mūdi.
Postea dicat sacerdos hāc collectā.
Famulam tuam dn̄e. custo
dia muniat pietatis. ut con

p̄manda deus virtuti tue. cōfirma hoc deus
quod operatus es in nobis.

tinētie scē ꝓpositū · qđ te inspi
rante suscipit · te ꝓtegēte ille
sum custodiat · euasisse · ꝑ · oro
Pretende dn̄e famle tue dex
terā celestis auxilii · ut te toto
corde ꝑquirat · ⁊ q̄ digne pos
tulat assequātur · oro ·
D s̄ qui caritatis dona ꝑgra
tiam sci spc̄ tuoꝝ cordib; fideli
um īfudisti · da famle tue ꝑ
quib; tuā deꝑcamur clemen
tiam salutē mentis & corꝑis ·
ut te tota uirtute diligat · et
q̄ t̄ placita s̄ tota dilectōe ꝑfi
ciat · ꝑ ·

Deus qui contritorum nō
despicis gemitum et me
rentium ñ
spernis affectum. adesto
precibus nostris quas t
pro tribulatione nostra
effundimus. ut eas clementer
excipias tribuasq; ut quic
quid contra nos dyabolice
atq; humane moliuntur
aduersitates. ad nichilum
redigatur. et consilio tue
pietatis allidatur quatinus
nullis aduersitatibus lesi

habes q̄ credo. p⁹ ii.
folia. ī fine hꝰ libri.

sed erepti de omni tribulatio
ne ⁊ angustia. leti tibi in ecclia
tua. gratias referamus. ℞

Credo in unū deū patrē omnipo
tentē factorē celi et terre visibiliū et
omnium in visibiliū. Et in unū dnm ihm xpm
filiū dei unigenitū et ex patre natū an
te omnia secula dn̄i de deo lumine de lumi
ne deū verū de deo vero. genitū non
facta sunt factū consubstantialem patri p q̄ omnia
Qui ꝓpter nos homines et ꝓpter nr̄am
salutē descendit de celis et incarnatus est de
spū scō ex maria virgine Et homo fact⁹
est crucifixus etiā ꝓ nobis sub pontio
pilato passus et sepultus est et resurrexit
tercia die secundū scripturas et
ascendit in celū sedet ad dexterā
patris. et iterū venturus est cū gla
iudicare viuos et mortuos. cui⁹ reg
ni nō erit finis Et in spm scm dnm
et viuificantē qui ex patre filioq̄
procedit qui cū patre et filio simul
Adorat⁹ ꝯ reuerte. ii. folia. ⁊ ī uenies.